

Stephanus Galdeti

*Utrum divina voluntas sit cuiuslibet
actionis nostre prima regula directiva*

Editor: Florina Hariga

work in progress
16.07.2026

Manuscripts:

P1 Paris, BnF lat. 16408

P2 Paris, BnF lat. 16409

Project NOTA-ERC

|| Ista melius alibi haberentur

P1 94v

|| **Utrum divina voluntas sit cuiuslibet actionis nostre prima regula directiva**

P2 154r

5 Quod sic, quia attingit a fine usque ad finem fortiter et disponit omnia suaviter.

Item in oratione “omnipotens sempiterne Deus qui celestia simul et terrena moderaris”.

10 Ad oppositum, quia multa prohibet que fiunt et multa precipit que non fiunt et vult peccata, igitur. Non est prima regula, nec omnia nostra sibi conformiter fiunt iuste.

Premittitur distinctio de acctionibus nostris in esse nature, in esse morum, et iusti in esse meriti, et secundum hoc triplex voluntas in Deo bona, beneplacens, et perfecta.

15 De hiis tres conclusiones. Prima conclusio: divina voluntas est cuiuslibet actionis nostre et cuiuslibet eius modi positivi creati prima efficiens causa, ex dictis in prima conclusione.

Sequitur primo quod quodlibet quod a nobis fit qualitercumque positive taliter dependenter fit a divina voluntate. Patet satis deductio.

20 Sequitur secundo quod non qualitercumque fit privative taliter a Deo dependenter fit. Patet ex dictis in prima conclusione, cum Deus non causet negationes ac privationes, nec per consequens eas velit. Et iste est modus salvandi quod Deus non sit causa peccati. Quod non potest salvare pars adversa, scilicet BREDWARDINUS, ut clarum est, ymo habet concedere Deum velle peccatum et facere actum esse
25 peccatum, et generaliter omnes tenentes Deum esse causam privationum et negationum. Patet satis.

Sequitur quod respectu huius voluntatis efficacis non est alica permissio pura sic quod nichil est quod Deus pure permitat quin illud efficaciter agat. Multa alibi circa hec.

30 Secunda conclusio que est de actionibus nostris in esse iusti est talis: voluntas divina de iusto est cuiuslibet actionis nostre recte moralis regula directiva, ista enim voluntas Dei est lex eterna de qua AUGUSTINUS dicit quod est lex eterna “ordinem naturalem servari iubens, turbari vetans”.

1 haberentur] haberet a. c. P1 ista — haberentur] om. P2 4 ad] sup. lin. P1 14 prima] iter. in marg. P1 conclusio] in marg. P1
19 qualitercumque] positive add. sed del. P1 24 concedere] p add. sed del. P1
24–26 velle peccatum — patet satis] melius alibi add. in marg. P1 28 quod²] circa add. sup. lin. sed del. P1 30 secunda conclusio] iter. in marg. P1

Sequitur quod huius legis vel divine voluntatis triplex est signum: lex data temporaliter, lex || nature, recta ratio. Hoc tangitur et deducitur alibi. Sunt enim hec signa alicuius divine voluntatis et non efficacia, igitur voluntatis iusti vel de iusto. P2 154v

5 Sequitur contra Magistrum GREGORIUM quod licet precepta sint signum vel signa simplicis divine complacentie in iusto, tamen prohibitiones non sunt signa displicentie.

Sequitur ulterius quod non sunt talia solum signa incomplexae complacentie, sed complacentie de complexo, scilicet quod Deus vult tale quid quod precipit esse iustum vel debitum fieri. Et circa hoc alibi ponitur quintuplex volitum divinum. Vide ibi.

Tertia conclusio: quilibet transgressio legis eterne vel divine voluntatis difformitas est imputabilis ad penam et quilibet inpletio ad premium, et hoc ex Dei liberrima voluntate, qua sic sit libere, imputat. Et sic hec voluntas vel Deus per tale velle vel per hoc quod sic vult est prima regula actionum nostrarum in esse meriti vel demeriti. Supremus enim legislator a nullo extrinseco movetur vel artatur, sed cuncta regit voto suo iustissimo.

Sequitur quod iste actiones sive conformes ad premium, difformes ad supplicium possunt quantumlibet imputari.

Sequitur quod quodlibet peccatum etiam veniale est imputabile ad eternum supplicium cum sit transgressio legis etc.

Sequitur quod nullum peccatum est ex se veniale seu ad temporalem penam imputabile.

25 Ad quesitum patet ex hiis.

|| De quolibet

P1 95r

An aliquis possit recte agere conformiter prime regule absque Dei gratia. Quod sic, quia *gentes que legem non habent* etc. Rom. 2. Quod non, APOSTOLUS alibi: *non sumus sufficientes ex nobis quasi ex nobis*.

30 Ante omnia premittendum que ad eliciendum actum conformem prime regule requiruntur.

Primum: circumstantia obiecti debiti et inde oritur bonitas actus ex genere ut dare pauperi etc.

Deinde circumstantia finis cuiuslibet debiti intendi, nam hoc est principalissima causarum.

Tertio, circumstantia ultimi finis, scilicet Dei, et hoc dixisset

6 simplicis] *sup. lin. P1* in iusto] *sup. lin. P1* 11 quintuplex] triplex
a. c. P1 ; triplex P2 12 tertia conclusio] *iter. in marg. P1* 27 conformiter
prime regule] *sup. lin. P1 ; om. P2* 32 bonitas] *ex add. sed del. P2*

PHILOSOPHUS, si opinatus fuisset Deum esse rectum et finem gratia cuius cetera aguntur vel agi debent, et gratia cuius cetera sunt.

Quarto, hoc de facto addit theologus || quod Deus est ille ultimus finis propter quem non solum omnia sunt seu ad quem omnia sunt, sed
5 propter quem omnia aguntur recte vel agi debent. P2 155r

Ex hiis sequitur quinto quod omnes actus nostri agi debent propter Deum propter se dilectum.

Uterius sequitur sexto quod debent omnes actus nostri fieri propter Deum super omnia dilectum.

10 Septimo ponitur quod ad talem actum seu ad quemvis actum nostrum esse iustum requiritur conformitas ad primam regulam, seu requiritur quemlibet actum huius esse Deo beneplacitum seu a divina voluntate volitum esse talem. Nam aliter talis actus non esset conformis prime regule. Et per consequens, nulli alteri recte regule create etc. Deductio
15 obmittitur.

Ex hiis ad aliqua quolibeta

Ex hiis sequitur nullum huius actum nostrum posse recte fieri ex puris nostris viribus naturalibus.

Secundo sequitur huius actum esse ex dono Dei, ymo esse donum
20 Dei speciale. Patet clare.

Tertio sequitur quod scire quale sit hoc donum et a quo etc. est Dei donum speciale. Propter hoc dicebat Sapiens “non possum esse continens nisi Deus det et hoc scire, scilicet cuius sic hoc donum donum Dei est”.

Ex hiis ad quolibeta octavo.

25 Videlicet

Primo namque patet quod viator non potest ex suis puris naturalibus agere conformiter prime regule.

Secundo quod non potest ex eisdem scire qualiter agendum sit conformiter prime regule.

30 Tertio patet quod prehabita sufficienti notitia de recte agendo non potest viator se illi notitie conformare.

Patet hoc nam tunc non esset utrumque Dei donum, scilicet continere et scire cuius sit hoc donum.

40 Quarto patet qualiter est in potestate voluntatis conformiter agere prime regule, quia nota simpliciter, sed ex suppositione divine gratie seu divini concursus vel precursus, seu preventionis.

Quinto patet qualiter existens in mortali non potest conformiter prime

1 fuisset] finem *add. sed del. P2* rectum] licitum *add. in marg. P1* 3—
9 quarto hoc — omnia dilectum] ista sunt separabilia *add. in marg. P1* 8 sexto]
sup. lin. P1 26 primo] ad primum *add. in marg. P1* 36 precursus] vel
add. sed del. P1

regule actui de peccatis ex puris naturalibus.

Sexto patet ad aliud quodlibetum qualiter Petrus non solum extrinsecus inspectus, sed intrinsecus illuminatus flectit.

Septimo patet qualiter existens in habituali gratia non sufficit agere
5 conformiter prime regule absque speciali nova || gratia. Aliter divina gratia non daretur ad singulos actus cuilibet etc. P2 155v

Octavo quod nec sufficit vitare peccatum, quia peccatum vitari non potest nisi per recte agere etc.

Uterius sequitur quod ultra habitualia dona vel gratiam creatam
10 infusam requiritur increata gratia, scilicet Dei velle, Dei agere, vel preagere, vel prevenire. BREDWARDINUS ponit continens etc. intensius agere. GREGORIUS ponit multiplicius agere, scilicet agere ad actum vel coagere et facere nos agere.

Hec ad octavo quodlibeta.

15 || Dei gratia temporale Dei prevenire donum habituale creatum P1 95v

Oppositum prime sanxionis tenuit PELAGIUS circa cuius errorem possunt moveri aliqua dubia facilia per modum quodlibetorum.

Primum dubium: quis vel qualis fuit error PELAGII circa virtuose agere seu conformiter prime regule, BREDWARDINUS de hoc 28 capitulo,
20 2 partis. Una opinio ponit quod PELAGIUS negavit influentiam generalem et hoc non videtur dicendum, quia tunc non pene totus mundus, nec post PELAGIUM cuius oppositum videtur dicere ille doctor. Alia opinio est quod error PELAGII fuit hominem posse mereri sine Dei gratia ex puris naturalibus, et quod hic non fuerit error PELAGII satis ostendit
25 Magister GREGORIUS.

Tertia quam teneo est quod error PELAGII fuit iste quod homo ex puris naturalibus cum influentia generali potest recte agere sine Dei gratia speciali.

Ad hanc enim positionem sequitur glorificatio de propriis operibus
30 non rogare Deum pro auxilio speciali, sicut non rogamus Deum quod sol oriatur cras, nec oramus pro Dei influentia generali, inde enim fertur PELAGIUS superbus et ingratus.

Secundum: nunquid Pelagiana superbia sit et fuerit continentia divine legis transgressio. Patet, quod fuit prima transgressio de Lucifero
35 qui dixit *ascendam in celum et similis ero altissimo*, et erit ultima in Antichristo qui *extolletur supra omne illud quod est Deus*, ut dicit

3 flectit] etc. add. P2	4 sufficit] agit add. sed del. P1	11 etc.]
Hughelinus add. sed del. P1	18 primum] primum add. in marg. P1	23 sine
Dei gratia] sup. lin. P1	33 secundum] in marg. P1	

APOSTOLUS, et est continue media, ut dicit BREDWARDINUS dicens quod pene totus mundus vadit post PELAGIUM.

Et sic patet quod Pelagiana superbia est humano generi contemporanea || seu coeva in viatoribus quamdiu durat libertas arbitrii, et etiam post in termino *superbia eorum qui te oderunt ascendit semper* in Ps. P2 156r

Tertium: nunquid pelagiana superbia sit maxima divine legis transgressio. Ponuntur propositiones.

Prima: primum beneplacitum divine voluntatis ad extra est amor dei obedientia et honor Deo a creatura rationali exhibitus vel exhibendus, iuxta dictum PROPHETE: *si ego pater, ubi amor et si ego Dominus, ubi timor*. Ratione etiam hoc patet, nam amor Dei et primi boni est finis omnis rationalis creature entis compossibilis ad bonum intellectum, non enim est possibile aliquam creaturam rationalem esse vel fieri quin eius finis sit Deo unius per notitiam amoris et etc.

Secundum propono quod hoc est primum preceptum quod lex eterna eternaliter iubet et iussit indicative, id est censet seu censuit debere observari et lex temporalis data rationali creature ex tempore iubet, scilicet *diliges Dominum Deum tuum ex toto corde etc. Hoc enim primum et maximum mandatum in lege, in lege quando legis* prout patet in Evangelio.

Ex hiis patet quod expressum odium deitatis est simpliciter prima eterne legis transgressio, nam opponitur divino amoris, honori, ac obedientie, ut notum est.

Deinde est superbia Pelagiana que est ablativa divini honoris et amoris etc. Et sic patet ad quesitum tertium.

|| Duplex est error PELAGII speculativus, scilicet oppinari quodlibet* † mortalis superbire de propriis operibus vel actibus. P1 96r

Nunquid maior fuit transgressio in Lucifero vel erit in Antichristo. Hic dicitur quod de penis peccatorum et gratuitate et imputabilitate non “est humani iudicii, sed divini”, ut dicit AUGUSTINUS. Verumptamen ex dictis eorum aliqua possent apparere. Lucifer dixit: *ascendam in celum et similis ero altissimo*, gloriabatur de suis naturalibus ex illis credetis se debere fore beatum. Secundus ex propriis viribus oppinata est hominem

7 tertium] in marg. P1 10 vel exhibendus] sup. lin. P1 15 notitiam] sup. lin. P1 et] et add. sup. lin. P1 17 indicative] sup. lin. P1 29–31 nunquid maior — dicit Augustinus] quartum quodlibet add. in marg. P1 32 Lucifer] iter. in marg. P1 33 altissimo] secundus add. sed del. P1 5/34–6/1 secundus — vivere] Pelagius Antichristus add. in marg. P1

posse recte agere et vivere. Tertius extolletur supra omne illud quod est Deus, ut dicit APOSTOLUS.

Nunquid Pelagiana superbia sic maxima legis Christi transgressio videtur esse de maioribus, nam contra hanc tota vita Christi dicens: *ego gloriam meam non quero, sed eius qui misit me, Patris*, || doctrina eius, etiam *discite a me, quia mitis sum et humilis corde*. Oratio etiam in ramis Palmorum: “Omnipotens Sempiternus Deus, qui ad immitandum humilitatis exemplum Salvatoris nostrum carnem summere et crucem subire fecisti etc”.

P2 156v

Et hic notari potest doctrinam moralem Christi et PAULI Apostoli ex una parte et PELAGII ac Philosophorum non catholicorum immiti oppositis mediis.

Arguunt namque ARISTOTELES et PELAGIUS in hac parte complices sic: “honor est premium virtutis et attribuitur bonis”, 1 *Ethicorum* ARISTOTELIS, sed homo “ex propriis viribus ac operibus est virtuosus”, ut ponit PELAGIUS, igitur sibi pro premio debetur honor et illum virtuose potest appetere.

Christus vero et APOSTOLUS cum predictis convenientes in prima parte maioris sic arguunt sumendo sub, sed nullus est virtuosus aut virtuose agit vel vivit ex se, sed ex Dei dono spirituali. Christus: *sine me nichil potest facere*. APOSTOLUS: *quid habes quod non accepisti*, etc. ergo *gloriarum quasi non acceperis*. Ex hiis concludit APOSTOLUS: *quod regi seculorum invisibili, immortalis, soli Deo laus, honor et gloria*, et item: *qui gloriatur in Domino gloriatur non enim* etc.

Nunquid quilibet appetitus honoris proprii sit legis Christi transgressio, PELAGII sectatio seu Pelagiana superbia. Dicitur primo quod quilibet appetitus honoris proprii ulterius non referendo in divinum, ut in finem ultimum, ut videlicet Deus clarificetur in nobis etc., est Christi legis transgressio: *qui non honorificat Filium* etc.

Ex hoc infertur secundo quod, si qui sint prelati aut viri ecclesiastici, sic agentes tales recedunt a lege Christi et divina eterna et vadunt post PELAGIUM. Idem de viris scolasticis.

Contra quos fieri potest argumentum Gregorianum seu indictis GREGORII fundatum. Nam tales vel dicunt sibi honores deberi ac ipsos posse iuste appetere pro actibus virtuose exercitis, puta quod studio virtuose exercito, et hoc non, quia huius actus sunt Dei dona obligantia ad humilitatem, unde GREGORIUS: “cum enim augentur dona, rationes

7 Palmorum] Palmarum P2
26 superbia] sup. lin. P1

25 sit legis] sine argumentis add. sup. lin. P1

crescunt donorum”.

Aut pro actibus non virtuosis, || et hoc non, nam meritis impii non premium, sed supplicium ac pena debetur. Si non, tales dicant aliquos actus virtuosos, qui non sint dona Dei, tales utique vadunt post PELAGIUM, etc. P2 157r

|| Nunquid presens ecclesia per pelagianam superbiam aliquam sit infecta seu prime regule sit difformis. P1 96v

Premittit supponendum quod catholica ecclesia errori speculativo PELAGII nullatenus est conformis. Nam oppositum Christus orando petiit et exauditus est dicens: *ego oravi pro te, Petre*, etc.

Secundo potest dici quod non ita exprimitur de errore mortali, scilicet de superbia in *Evangelio* seu lege Christi, nec dicens ecclesiam seu personas ecclesiasticas infectas peccato superbie contradiceret *Evangelio*. Tertio posset dici quod ecclesiam, id est personas ecclesiasticas esse infectas errore mortali PELAGII potest apparere prima fronte propter fastum apparentis exterioris.

Quarto potest dici quod huius apparentia est sophistica, nam huius honestas mundialis non est fastus nisi quando de superbo corde procedit, de sancto THOMA CANTUARIENSE legitur, quod sub vestibus clericalis honestatis etc.

Sine argumentis: an verum sit quod actor *De causa Dei* proponit in medium, videlicet quod totus mundus pene vadit post PELAGIUM. Dicitur potest primo quod hoc est valde apprens, nam ut dicit Sapiens: *stultorum infinitus est numerus*. Et veritas in *Evangelio*: *arta est via que ducit ad vitam et pauci ingrediuntur per eam*.

Ratione quoque patet, nam pauci sunt quorum actus fiant propter Deum toto corde dilectum iuxta preceptum evangelicum: *diliges Dominum Deum tuum toto corde* etc. Quorum etiam actus sint puri ab affectione commodi proprii honoris et complacentie prout petimus in oratione, “ut terrenis affectionibus expiatis que tua sunt liberis mentibus exequamur”.

Pauci insuper sunt viatores quorum actus non fiant aliquam timore supplicii aut concupiscentia premii et tales actus non sunt iusti, nec recti, || quod probatur tali argumento Gregoriano: nullus actus ex puris naturalibus est rectus ac iustus, sed agere aliquid concupiscentia premii aut timoris pene est possibile ex puris naturalibus etc. P2 157v

Sed contra, ex istis sequitur quod non solum pene totus mundus, quinimo simpliciter totus vadit post PELAGIUM. Dicitur quod non totus,

4 aliquos] *om.* P2 33 aut] *ac* P2

quamvis multi, nam ab huiusmodi sequela preservabuntur finaliter electi, qui pauci sunt: *nam multi sunt vocati, pauci vero electi*. Maxime tempore ultimi pelagianus Antichristo quo erit tempus quale non fuit ab initio, ita ut si fieri posset *electi deficerent, sed abbreviabit Deus dies illos*
 5 *propter electos ne deficiant*. Sic actum fuit finaliter de latrone electo, de publicano *qui descendit iustificatus in domum suam*, non eundo post PELAGIUM ut Phariseus, de latrone vero ad Dei misericordiam et gloriam recurrente dicitur Christus sibi: *hodie mecum eris in Paradiso*.

Ad quam nos perducatur.

10 Iudei etiam inerunt post PELAGIUM dicentes: *durus est sermo iste et abierunt retro*. De discipulis dicitur: *Nunquid vos vultis abire retro. Domine, ad quem ibimus? Verba vite eterne habet* quam nobis concedat.

|| Sancti Spiritus assit michi gratia.

P1 97r

15 Utrum creatura intellectualis in homine Christo fuerit equalis perfectionis cum natura humana in statu quo fuit creata primordialiter.

Et arguitur primo quod sic: creatura intellectualis in homine Christo fuit alicuius perfectionis et non fuit maioris quam natura humana in statu etc., nec minoris, igitur equalis. Consequentia nota. Probo antecedens quoad primam partem. Patet, nam Deus primum hominem rectum,
 20 ut dicit Sapiens et in Gen. dicitur: *vidit Deus cuncta que fecerat* etc. Secunda pars patet, quia non decuit reparatorum et redemptorum.

Ad oppositum arguitur sic: nulla est in Christo creatura intellectualis, igitur questio falsa. Consequentia nota. Antecedens patet, sic quodlibet intellectuale in Christo fuit Deus, igitur. Et assumptum patet, nam
 25 quodlibet tale fuit actuatum et formatum || deitate corpus anima, Phil. 2, qui cum *in forma Dei esset* etc.

P2 158r

Excusatis propter tria. Imploratis tertius. Protestatis tertius.

Premitte: 'triplicem perfectionem posse ymaginari in homine Christo - nature, gratie, fortune'.

30 Triplici actoritate

Gen. 1: *faciamus hominem ad ymaginem etc. et presit piscibus, volatilibus, bestiis universe que* etc.

In Ps.: *minuisti eum. Gloria et honore coronasti. Constituisti omnia subiecistis sub pedibus* etc.

35 Ez. 28: *Tu, signaculum similitudinis, plenus sapientia, perfectus*

11 et | *sup. lin. P1* 12 concedat | Ihesus Christus Amen *add. P2* 13 michi | nobis *P2* 15 fuit | primordialiter *add. sed del. P1* 24 igitur | consequentia patet per doctores qui ob hoc negant Christum esse creaturam *add. sed del. P1* 25 deitate | sicut *add. sed del. P1* 31 presit | prestit *P2*

decore, in deliciis omnis lapis etc.

Ratione patet ultimum, nam quidquid sit de possessione et usu rerum, constat tamen ius seu dominium esse perfectionis. Nam supposita existentia rei utilis aut dominabilis in quolibet dominativo perfectius est
5 habere super tale dominabile vel utile dominium, ius seu actoritas etc.

~~Excludendo tres perfectiones ymaginabiles: corporalis complexionis — quia — physica — et — mathematica; — ypostatice — visionis, — voluntarie abdicationis — quia neutra harum est ambobus univoca.~~

Agetur de tribus, scilicet Christi etc.: gradu specifico, actu gratifico,
10 statu iuridico.

Prima conclusio sit talis: creatura intellectualis in homine Christo fuit tam perfecta intrinsece et essentialiter quod perfectior humana natura nunquam fuit aut esse potuit, etiam per potentiam infinitam. Probat
15 facilius, quia anima intellectiva a qua provenit totus gradus specificus perfectionis humane nature est omnino indivisibilis tam in partes seu gradus eiusdem rationis quam alterius. Nam si oppositum primi esset verum, tunc per possibilem remissionem absque annihilatione eius fieret homo remissior. Si oppositum secundi, per huius remissionem absque annihilatione, sicut de albedine etc., proveniret individuum speciei
20 inferioris. Consequentie et falsitates consequentium supponuntur.

Sequitur primo quod nulla huiusmodi creatura intellectualis in homine Christo aut quovis alio continet alicuius essentialis perfectionis latitudinem intensivam seu gradus aliquos constituentes latitudinem intensivam. Patet, nam hoc esset maxime propter divisibilitatem
25 excedere magis lapidem quam plantam, et plantam quam brutum. Sed hoc non, quia Deus, qui dicitur maxime infinite seu immense quodlibet creabile excedere, nullius essentialis perfectionis ponitur continere etc.

|| Sequitur ulterius quedam fundamentalis conclusio cuiusdam etc. Talis nulla est latitudo realis vel ymaginaria vni omnis gradus
30 perfectionales rerum sint applicandi. Probat dupliciter: primo, quia ex indivisibilibus non fit || continuum; omnis natura specifica est in se indivisibilis, igitur nullam lineam aut quamvis latitudinem constituunt huiusmodi rerum perfectiones, nec alicui latitudini sunt applicabiles seu comparabiles. Confirmat, nam si sic cuilibet speciei corresponderet

P1 97v

P2 158v

5 vel] et a. c. P1 ; et P2 utile] habere add. sed del. P1 actoritas] p. c. P1
17 absque annihilatione] sup. lin. P1 18-19 absque — albedine etc.] sup. lin.
P1 22 continet] nulla add. sup. lin. P1 26 dicitur] quodlibet animatum
add. sed del. P1 27 continere] continentia add. in marg. P1 28 sequitur]
secundo add. in marg. P1 30 applicandi] applicatio add. in marg. P1

aliqua pars illius lineae et sic quelibet essentia specifica foret divisibilis. Contra principale assumptum.

Sequitur ulterius quod nulla natura specifica perfectionaliter distat a non gradu essendi simpliciter, quamvis aliqua distet a non gradu sue speciei, puta caliditas vel albedo 8 graduum per gradus minores quos continet realiter, et quantitas materialis 8 pedum. Probatur principale intentum, quia si alica huiusmodi natura sic distaret, vel hoc esset per gradus intrinsecos et essentialia quos realiter vel formaliter vel ex natura rei distinctos containeret, et hoc non, ut supra, vel per species intrinsecas, et hoc non, quia nullum extrinsecum est principium essentialis distantie. Per eos etiam, quia illis destructis etc. Patetque simili ratione excessus specificos rerum non attendi penes distantias ab huiusmodi etc.

Sequitur quarto quod nulle huiusmodi species se excedunt in alica quantitativa proportionione, puta dupla, tripla etc. quas enumerat BREDWARDINUS. Patet, quia tales solum reperiuntur in quantitativis materialibus vel spiritualibus.

Ex hac ad quesitum negative, videlicet quod creatura intellectualis etc., non fuit etc. Patet, nam proportio equalitatis est una de numero etc. Confirmatur, nam si inter has naturas esset proportio equalitatis pariter alterius illorum ad asinam maioris inequalitatis et ad angelicam minoris etc. Contra etc.

Per hoc ad rationem in oppositum cum dicitur: huiusmodi natura est, est alicuius perfectionis etc. Negatur consequentia, nam oporteret addere quod esset aliquante perfectionis.

Hec de prima conclusione.

|| Secunda conclusio de creature intellectualis in Christo homine actu gratifico. Res talis quod creatura intellectualis in homine Christo fuit tante gratuite perfectionis seu tante caritatis et gratie quod nec ipsa, nec alia humana creatura esse potuit amplioris.

P1 98r

Patet per MAGISTRUM in 3, distinctione 13: “sane dici potest ipsum secundum hominem tantam a conceptione accepisse gratie plenitudinem, ut Deus ei plenius conferre || non potuerit”.

P2 159r

Sequitur primo omnino consimiliter dicendum de sapientia eius, scilicet “quod creatura intellectualis in Christo tante fuit etc”. Patet per MAGISTRUM ubi supra et per venerabilem patrem etc., quia partes ymaginis Ioh. 1 *plenum gratie* etc.

3 sequitur] tertio *add. in marg. P1* 4 distet] distantia *add. in marg. P1* 5 speciei] sicut vel 8 *add. sed del. P1* 13 quarto] 4 *add. in marg. P1* 14 proportionione] proportio *add. in marg. P1* 28 caritatis] caritas *add. in marg. P1* gratie] gratie *add. in marg. P1* 33 primo] 1 *add. in marg. P1* sapientia] sapientia *add. in marg. P1*

Annectitur secundo talis propositio quod hoc non obstante tam gratia seu caritas quam sapientia fuerunt finite formaliter et intrinsece quamvis obiective et extrinsece etc.

Patet, nam actus caritatis et sapientie in Christo homine fuerunt finiti. Patet, nam eius virtualis activitas ad hos concurrens fuit finita, sicut intrinseca entitas etc.

Sequitur tertio quod eiusdem potentie perceptive, scilicet tam intellectiva quam volitiva sunt finite perceptivitatibus. Patet, quia sicut eius virtualis activitas non est maior entitate, ita nec vitalis etc.

Annectitur quarto quod hiis non obstantibus eius subiectiva ac passiva capacitas fuit realiter infinita capacitas sic quod non tanti, nec tot, nec tantorum.

Patet, quia Deus non potuit ibidem ponere tantum quin plus, nec tot quin plura, nec tanta quin maiora, igitur nec huiusmodi creatura potest recipere tantum quin plus etc. Patet antecedens ex omnipotentia Dei et consequentia, quia potentia pure passiva quantificatur etc.

Ex hiis ad quesitum negative, scilicet ex prima propositione et secunda, quia non minoris, nec equalis, sed longe maioris, quod non equalis docet lapsus Ade.

Hec de secunda conclusione.

|| Tertia conclusio de creature intellectualis in homine Christo statu iuridico. Et est talis: creatura huiusmodi intellectualis fuit tanta originalis seu naturalis dominii quod nec ipsa, nec alia humana potuit ampliorem.

P1 98v

Supponitur primo: aliquod esse in humano genere respectu rerum utilium dominium, Gen. 1: *faciamus hominem*.

Supponitur secundo: ad hoc requiri gratia, sicut natura ad gratiam. Patet ex actoritate predicta: *ymago* etc.

Supponitur tertio: bonus intensus non de civili, puta rege predestinato gratia finali iure absoluto. Ad duo.

Inferitur quarto contra istum doctorem huiusmodi dominium esse intensibile. Patet, quia sicut dignitas ad finem augetur.

Quinto probatur conclusio ex secunda conclusione de gratia.

Inferitur primo quod creatura intellectualis in homine Christo fuit

1 secundo] 2 add. in marg. P1 5 finiti] finalitas add. in marg. P1
 6 activitas] activitas add. in marg. P1 7 tertio] 3 add. in marg. P1
 8 perceptivitatibus] perceptivitas add. in marg. P1 10 quarto] 4 add. in marg. P1
 11 capacitas¹] capacitas add. in marg. P1 14 creatura] p. c. P1
 15 potest] recedere add. sed del. P2 17 scilicet] sup. lin. P1 23 dominii
 dominium add. in marg. P1 humana] sup. lin. P1 25 supponitur] 5 add.
 in marg. P1 27 sicut] seu P2 29 supponitur] nota add. in marg. P1
 34 primo] primo iuridictio add. in marg. P1

summe naturalis actoritatis regitive seu dignitatis ad presidentiam || *P2 159v*
seu potius ad hoc iuris sufficientis.

Probant aliqui supponendo quod supposita statu innocentie adhuc
fuisent aliqui aliis aptiores ad regendum, puta intellectu vigentes vel
5 complexione naturali vel gratia.

Sub sumitur: in Christo fuisse omnes thesauros scientie et sapientie.

Sed ista ratio non probat nisi sufficientiam et habitualement dignitatis
non sufficiens ius seu actoritas que aliunde patent: Matth. ultimo: *data*
est michi; Phil. 2; Ioh. 5: *quia filius hominis*.

10 Quamvis ab exercitio sicut possessione fuerit spontaneitate lege
restrictus que restrictio cessavit post monitionem ut † verba, sed non
est ad propositum.

Secundo sequitur quod non ab Adam homini Christo huius dominium
est transfusum, sed potius propter Christum hominem est vel fuit Ade
15 collatum. Patet prima pars, quia non fuisset summi domini, nam propter
quod.

Secundum patet, quia merito Christi infuit Ade gratia, Apoc. 10: *ab*
origine mundi, etiam *gratia prius dignificat* proprium subiectum quam
quodcumque extrinsecum.

20 Sequitur tertio quod non iure hereditatio ipsius Ade, sed potiori
titulo infuit Christo. Patet, quia intensissime Christo infuit et prius
natura, etiam hoc non dicitur in actoritatibus.

Ex hiis quarto ad quesitum de perfectione fortuita clare patet, quod
maiorum perfectionis fuit creatura intellectualis in homine Christo quam
25 in natura humana etc.

Patetque ex omnibus preceptibus creaturam intellectualem in homine
Christo modo triplici fuisse perfectissimam creaturam intellectualem
humanam primo modo aliis positive.

Hec de tertia conclusione.

|| Sancti Spiritus assit michi gratia.

P1 99r

Utrum creatura intellectualis in homine Christo fuerit equalis
perfectionis cum natura humana quin fuit etc.

Quod sit, nam huiusmodi creatura intellectualis etc. fuit alicuius
perfectionis et non maiorum, nec minorum etc., igitur equalis.

1 naturalis] *sup. lin. P1* 5 complexione] *comprehensione P2* 6 sumitur]
p. c. P1 9 hominis] 5 *add. in marg. P1* 10 quamvis] *nota add. in marg.*
P1 13 secundo] *prioritas add. in marg. P1* 17 secundum] 2 *add. in*
marg. P1 20 tertio] *sup. lin. P1* hereditatio] *hereditas add. in marg. P1*
21 intensissime] 2 *add. in marg. P1* 23 ad quesitum] *ad quesitum add. in*
marg. P1 26 patetque] 2 *nota add. in marg. P1* omnibus] *Christum add.*
sed del. P1 27 perfectissimam] *humanam primo modo neg add. sed del. P1*

Supponitur consequentia et probatur antecedens quoad primam partem, quod non maioris. Nam dicit sapiens quod “Deus creavit hominem rectum”, recto autem nichil rectius. Item Gen. 1 creatis homine et rebus ceteris dicit MOYSES: *vidit Deus || cuncta que fecerat et erant valde* P2 160r
5 *bona.*

Secunda pars antecedens patet, quia non decuit redemptorum ipsius Ade primi prevaricatorum ac reparatorum totus humani generis esse minorum perfectionis etc.

Ad oppositum quovis arguitur sic: nulla est aut fuit creatura intellectualis in homine Christo, igitur questio falsa. Consequentia nota. Probo antecedens sic quodlibet intellectuale in Christo fuit Deus, igitur nullum tale fuit creatura. Consequentia nota. Nam aliter idem incepisset esse et non incepisset esse, etiam hac de causa negant doctores Christum fuisse creaturam. Et assumptum probo, nam quodlibet tale fuit actuatum et formatum deitate perfectius quam corpus anima, corpus autem per animam dicitur animatum, igitur quodlibet intellectuale in Christo per deitatem fuit Deus. Assumptum quod quodlibet tale fuit deitate sic actuatum, nam cuilibet tali deitas fuit forma, Phil. 2: *qui cum in forma Dei esset* etc.

Pro responsione premittitur quod in creatura intellectuali in homine Christo et primo homine ac quovis alio potest ymaginari triplex perfectio, scilicet nature, gratie, et fortune. Gen. 1: *faciamus hominem ad ymaginem* - ecce perfectio nature. *Et similitudinem* — ecce perfectio gratie. *Et presit piscibus maris etc. universeque creature* — ecce perfectio fortune.

In Ps.: *Minuisti eum paulo ab angelis* — ecce perfectio nature. *Gloria et honore coronasti eum* — ecce perfectio gratie. *Posuisti eum super opera manuum tuarum omnia subiecisti sub pedibus eius* — ecce perfectio fortune.

Ez. 28: de rege Tyro pro tempore quo triplicem predictam habuit perfectionem dicitur sic: *Tu, signaculum similitudinis* — ecce probatur perfectio — *plenus sapientia et gratia, supple perfectus decore in deliciis paradisi Dei fuisti omnis lapis preciosus operimentum tuum* - et reliqua que pertinent ad perfectionem fortune.

Dimissis multis diffinitionibus que circa premissas perfectiones tam in Christo quam in primo homine possent tangi tantum de tribus punctis

11 Deus] *sup. lin. P1* 13 esse²] *sup. lin. P1* 26 paulo] paulus *sed con. P1* ; paulus P2 28 sub] *p. c. P1* 32 sapientia] *vel add. sed del. P2*
supple] *ecce secundum add. sed del. P1* deliciis] *p. c. P1*

ponam tres conclusiones, scilicet de creature intellectualis || in homine P2 160v
Christo: gradu specifico, actu gratifico, statu iuridico.

|| Prima conclusio sit talis: creatura intellectualis in homine Christo P1 99v
fuit tam perfecta intrinsece et essentialiter quod perfectior humana
5 natura nunquam fuit aut esse potuit, etiam per potentiam infinitam.
Probatur faciliter, quia anima intellectiva a qua provenit totus gradus
specificus perfectionis nature humane est omnis individualis tam in
partes eiusdem rationis seu gradus tam alterius rationis. Nam si primo
10 modo esset divisibilis, tunc esset possibile dato aliquo homine absque sui
anichilatione fieri remissiorem hominem. Si secundo modo esset possibile
dato aliquo homine absque sui anichilatione fieri individuum inferiorem
speciei. Hec non deducuntur gratia brevitatis.

Sequitur primo, quod nulla huiusmodi creatura intellectualis in
homine Christo aut quovis alio continet alicuius essentialis perfectionis
15 latitudinem intensivam seu gradus aliquos constituentes latitudinem
intensivam. Patet, nam hoc esset maxime propter divisibilitatem
excedere alia, puta quia huiusmodi natura magis excedit lapidem quam
plantam et plantam quam brutum, sed hoc non, quia Deus qui dicitur
maxime infinite seu immense quodlibet creatum ac creabile excedere.
20 Ponitur nullius essentialis perfectionis continere latitudinem intensivam
a ponentibus latitudines in naturis specificis.

Sequitur ulterius una conclusio in qua fundantur tam precedentia
quam sequentia quoad istam conclusionem et est Magistri IOHANNIS
DILVINTON Anglici quondam socii de Sorbona in *Summa* sua que
25 talis est: nulla est latitudo realis vel ymaginaria cui omnis gradus
perfectionales rerum fuit applicandi. Probat dupliciter: primo, quia
ex indivisibilibus non fit continuum omnis natura specifica est in se
indivisibilis, igitur nullam lineam aut latitudinem constituunt huius
gradus perfectionales specifici rerum, nec alicui latitudinem sunt
30 applicabiles seu comparabiles. Confirmat, nam si sic, tunc cuilibet speciei
coresponderet aliqua pars illius latitudinis vel lineae et sic quilibet esse
specifica foret divisibilis. Contra principale assumptum supra.

Sequitur || ulterius quod nulla natura specifica perfectionaliter distat P2 161r
a non gradu essendi simpliciter, quamvis enim satis proprie loquendo
35 aliqua res distent a non gradibus proprietatis specierum, puta albedo 8
graduum distat a non gradu albedinis per omnis gradus quos continet

11 anichilatione] *p. c. sup. lin. P1* 20 ponitur] *per add. sed del. P1*
22 precedentia] sequentia *P2* 23 sequentia] precedentia *P2* 24 Dilvinton]
Clivinton *P2* 30 confirmat] *sic add. sed del. P1*

realiter, puta 7, 6 etc. et consimiliter quantitas 8 pedum a non quanto actum nulla natura specifica etc. Patet, nam si sic vel distaret per alicos gradus intrinsecos quos realiter forma vel ex natura rei distinctos contineret et hoc non ex premissis vel per alicos species intermediarias et hoc non, quia nullum extrinsecum est alicui principium essentialis distantie.

Aliter arguunt aliqui. Nam si sic sequeretur quod destructis illis intermediariis speciebus non esset distantia huiusmodi quod non videtur. Sequitur ex hac conclusione quod excessus rerum speciebus non daret attendi penes distantias rerum ab huiusmodi non gradu. Patet clare.

Sequitur ulterius quo nulle huiusmodi species se excedit in alica quantitativa arismetica seu geometrica proportionem sit quod nec in dupla nec tripla etc. BREDWARDINUS. Patet, nam tales proportionem nisi in quantitativis materialibus vel spiritualibus quales sunt forme intensibiles reperuntur etc. in naturis autem specificis non est perfectionum quantitas ut satis tactum fuit, igitur.

|| Ex hiis negative ad quesitum, videlicet quod creatura intellectualis in homine Christo non fuit equalis etc. Patet, quia ipsius ad naturam humanam Ade non fuit proportio equalitatis ex precedenti, igitur corollarium verum. Confirmatur, nam si inter ipsam et naturam humanam Ade fuisset proportio equalitatis, tunc alterius illarum ad naturam asininam fuisset proportio maioris inequalitatis et ad angelicam fuisset proportio minoris inequalitatis, contra precedentem. Per hoc ad rationem in oppositum cum dicebatur huiusmodi creatura intellectualis in Christo fuit alicuius perfectionis et non maioris nec minoris, igitur equalis. Negatur consequentia, sed oportet addere antecedenti et fuit alicuius || et aliquante etc., et tunc antecedens esset falsum, quia nulliquante quantitative perfectionis fuit etc.

P1 100r

P2 161v

Secunda conclusio de creature intellectualis in Christo actu seu habitu gratifico est talis quod huiusmodi creatura in Christo fuit tante caritatis et gratie quod nec ipsa, nec alia humana natura esse potuit amplioris caritatis aut gratie. Patet per MAGISTRUM in 3, distinctione 13: sane, inquit, dici potest ipsum, secundum hominem tantam a conceptione accepisse gratie plenitudinem ut ei Deus plenius conferre non potuerit.

Sequitur consimiliter omnino dicendum de sapientia, scilicet quod fuit tante sapientie quod esse non potuit amplioris sapientie. Patet, nam hoc dicit MAGISTER ubi supra et ex alio, quia ut dicebat pro

1 puta] *om. P2* 13 Bredwardinus] *sup. lin. P1* 15 reperuntur] *sup. lin. P1* 16 tactum] *tactus a. c. P2* 26 et fuit] *sup. lin. P1* 27 etc.] *sup. lin. P1* 32 per] *om. P2*

responsione de sancto BERNARDO in natura intellectuali bene disposita partes ymaginis sunt equales et eque perfecte, sicut igitur voluntas fuit summe gratie, ita intellectus sapientie.

Sequitur ulterius vel annectitur premissos quod hoc non obstante
 5 causa sapientia quam gratia Christi fuerunt formaliter et intrinsece finite quamvis obiective et extrinsece quodammodo infinite, quia si per has attingebatur Deus obiectum infinitum, et per sapientiam secundum MAGISTRUM videbantur infinita. Probatur faciliter propositio, nam actus sapientie et gratie in Christo fuerunt finiti, igitur habitus huius.
 10 Consequentia nota et antecedens patet, quia eius virtualis activitas ad hos actus concurrens est finita, cum non sit maior sua intrinseca natura seu entitate.

Sequitur tertio, quod creature intellectualis Christi potentie perceptive, puta tam intellectiva quam volitiva sunt finite perceptivitatibus.
 15 Patet, nam eius vitalis perceptivitas non est maior eius virtuali activitate, sicut nec virtualis activitas naturali entitate.

Annectitur quarto, quod hiis non obstantibus eius passiva et subiectiva capacitas est infinita capacitas sic quod non tantum, nec tot, nec tanta potest recipere quin maius etc. Patet, quia tantum potest
 20 recipere quantum potest in ipsa ponere omnis namque potentia pure || P2 162r passiva precise quantificatur ex sibi correspondente activa.

Ex hiis, scilicet conclusionem primam et corollario eius primo, patet negative ad quesitum quod non equalis etc., quia fuit summe gratie et sapientie et non tante fuit Adam, ut patet ex lapsu suo, igitur. Et hoc
 25 de secunda conclusione.

Tertia conclusio de creature intellectualis in Christo homine statu iuridico et est: talis creatura huiusmodi intellectualis in Christo fuit tanti originalis seu naturalis dominii quod nec ipsa, nec alia humana natura esse potuerit amplioris. Et supponitur primo aliquod tale dominium
 30 esse in humano genere respectu rerum utibilium a Deo propter hominem creaturarum. Patet Gen. 1 et allegabatur supra: *faciamus hominem ad ymaginem* etc.

Supponitur secundo quod sicut perfectio gratie supponit perfectionem nature, ita perfectio fortune, scilicet dominium naturale supponit gratiam. Patet ex autoritate: *ad ymaginem et similitudinem et presit*.
 35 Ut supra.

|| Hic tamen notandum quod non intendo dicere quod ad civile P1 100v

1 intellectuali] *sup. lin. P1* 4 premissos] *tal. add. sed del. P1* 9 habitus huius] *sup. lin. P1* 13 quod] *Christi p add. sed del. P1* 15 maior] *est add. sed del. P1* 22 prima et] *tr. P1* prima] *sup. lin. P1* corollario eius primo] *primo corollario eius P2*

dominium quale est dominium regale, regis Francie aut simile requiratur gratia, quamvis dominus ALMAKANUS hoc probet multipliciter, scilicet quod huiusmodi dominium perditur per casum a gratia nec est talis peccans mortaliter amplius Iustus Rex vel Dominus quamdiu est in
 5 huius peccato in quo non concordo cum ipso. Sed loquor de originali Ade homini ab origine collato, ut supra. Et facio pro nunc unam talem apparentiam quod existens in peccato mortali et supple in illo decessivus non habet iustum rerum dominium. Sic talis est dignus morte eterna, scilicet pena eterna, igitur est dignus morte temporali, igitur perditione
 10 rerum suarum, igitur non est dignus illarum possessione. Confirmatur per simile in civili dominio offendens principem mortaliter ipse utique fore facit bona ab illo antea ab illo tenta, igitur sic in proposito de bonis que originaliter habemus a Deo.

Loquor igitur de originali et naturali humano dominio et de peccato mortali in quo quis est decessivus et de gratia presente vel finali sub
 15 || disiunctione, nam predestinatus etsi quandoque cadat ab actuali creata gratia non tamen perdit ius absolutum ad vitam eternam, et per consequens nec ad bona temporalia que sunt bona media conducentia ad huiusmodi finale bonum. Quod satis notat APOSTULUS dicens quod
 20 diligibilibus Deum, et supple predestinatis *omnia cooperantur in bonum* etiam facta in mortali. Ad bonum, igitur intellectum suppono cum prenominato doctore requiri ad iustum dominium divinam gratiam.

P2 162v

Ex quo ulterius infero contra ipsum huiusmodi dominium esse intensibile. Patet ex quo exigitur gratia que est intensibilis. Confirmatur,
 25 nam sicut ex gratia aucta augetur dignitas ad finem, scilicet vitam eternam ita etiam ad bona temporalia iuste possidenda. Hec autem dignitas vocatur dominium, igitur. Ex hiis ulterius patet, cum creatura intellectualis in Christo fuerit summe gratie quod fuit summi domini originalis et naturalis. Contra istum doctorem qui ponit huiusmodi
 30 dominium esse in omnibus hominibus, et per consequens Christo et Adam esse equale.

Ex hac conclusione inferuntur alica. Primo, quod creatura intellectualis in homine Christo fuit summe create auctoritatis regitive seu dignitatis ad presidendum et dominandum humano generi, et per
 35 consequens reliquis. Patet satis, quia fuit non solum summe gratie, sed

17/5-18/13 huius — transfusum] *sup. lin. P1* 12 ab illo] *sup. lin. P1*
 14 humano] *sup. lin. P1* 16 cadat] *p. c. P1* 21 ad bonum] ad propositum
add. in marg. P1 24 intensibile] et remissibile *add. sed del. P1* intensibilis]
 et remissibilis *add. sed del. P1* 25 aucta] *sup. lin. P1* 33 create] *sup. lin. P1*
 35 non solum] *sup. lin. P1*

etiam summe sapientie, ut dicit corollarium secunde conclusionis et APOSTOLUS inquit: *in ipso sunt omnes thesauri sapientie*. Homines autem intellectu vigentes naturaliter sunt aliorum rectores et Domini.

Sed ista non probant forsitan in ipso nisi sufficiat ad hoc. Non autem
 5 ius et actoritas, et ideo possent multa alia ad hoc adduci, ut est illud Matth. ultimo: *data est michi omnis potestas* etc. Et illud Ioh. 5: *Pater dedit Filio iudicium facere, quia Filius Hominis est* etc.

Hiis non obstantibus, scilicet non obstante sermo suo dominio rerum ab opum seu divitiarum possessione et usu. Et non obstante
 10 iure presidendi seu principatu ab huiusmodi regnis exercitio, quamdiu viator fuit spontanee se restrixit. Patet satis per illum doctorem.

Sequitur ulterius quod non ab Adam || homini Christo huiusmodi dominium est transfusum, sed potius propter Christum hominem homini Ade huiusmodi dominium fuit collatum. Patet prima pars, quia intensius
 15 infuit Christo huiusmodi dominium, igitur prima illa pars vera, quia propter quod bene.

P2 163r

Secunda pars patet, quia merito Christi fuit Ade collata gratia Apoc. 10: *agnus qui occisus est ab origine mundi*, id est passio accepta etc. Ulterius ex gratia competiit vel infuit Ade dominium, ergo de primo ad
 20 ultimum propter Christum infuit Ade dominium etc.

Sequitur ulterius quod non infuit Christo iure hereditatio ipsius Ade sed potius titulo contra illum doctorem. Patet nam intensius et prius natura infuit Christo, igitur.

Sequitur ultimo ad quesitum, sicut ex aliis duabus conclusionibus
 25 inferebatur, et sic patet Christum tripliciter fuisse perfectissimum hominem.

|| **Nota aliqua**

P1 101r

Quod non est appetitus naturalis ad certum gradum beatitudinis, sed sufficit quilibet gradus, sicut de loco sursum respectu levis, nam
 30 quamvis naturaliter appetat sursum esse sufficit sibi qualiscumque situs.

Ex hoc patet non esse omnes beatos esse eque beatos, ymo alios aliis magis et tamen utrisque sufficienter, quamvis nec capacitas, nec perceptivitas sit repleta, sicut nec infinitum in minime, secundum
 35 infinita. Dicitur beatitudo non secundum naturalia nequis gloriatur et divina gratia extollatur.

Decretalis delegandum non habet locum in Christo nisi fuerit

1 secunde conclusionis] *sup. lin. P1* 10 huiusmodi] *p. c. P1*
 14 dominium] *est add. sed del. P1* 21 ipsius Ade] *sup. lin. P1* 22 contra
 illum doctorem] *sup. lin. P1* 29 sursum] *grav add. sed del. P1* 34 minime]
sup. lin. P1

beatus, nec notat in potestatem absolutam, sed statuti vel legis divine
continuitate qua statuit etc. Etiam forsā BERGADI hoc dicebant esse
possibile ex naturalibus, sicut Pelagiani etc.—

Utrum in Christo, qui vere fuit beatus, et sic diligens fruitione
5 beatifica et sapiens sapientia beatifica, fuerunt habitus et actus alterius
generis a viatoribus. de HUGOLINUS.

Utrum Spiritus Sanctus sibi fuerit caritas habitualis et dilectio
actualis vel fuerint ibi qualitates create una vel plures vel utrumque
subordinate, ut videtur de RIPA, et an fuerit aliter possibile etc.—

10 Similiter an Verbum divinum seu divina essentia sibi fuerit
sapientia habitualis species beatifica lumini glorie speculum et an hoc
distinguantur et sic de similibus non est necesse singula etc.—

Ad salvandum unitatem activitatis intelligentie create et quod non
possit per divinum concursum quantumlibet augeri posset dici quod
15 quamvis per huius posset agere intensiorem effectum non tamen ipsa
ad illum intensius ageret quam sit gradus sue activitatis.—

Considerandum etiam quod gratia seu caritas non est necessaria
anime in hoc quod est capax beatitudinis in ratione forme animam seu
eius capacitatem dilatantem etc. Nam quilibet cum intellectualis est
20 unitatis sine medio divine essentie, ymo nichil posset omne medium, si
esset unio per plenitudinem.

Nulla potentia vitalis in esse potentie perceptive est intensibilis aut
remissibilis, quia nec in esse vite, item nec in esse activitatis quantum
habet respectu actus, sicut causa hiis tamen stat remissius agere posse
25 ipsam non tamen intensius. Idem de percipere. Destructione recipere
posse non est dubium quod non potest intendi, quia infinite potest.

Quod anima Christi non vidit infinita, quia oppositum fienda vel si
vidit hoc fuit in exemplari infinito nec arguit infinitatem perceptivitatatis.
Item plura percipere non arguit maiorem gradum perceptivitatatis,
30 ymo nec pluribus perceptionibus percipere arguit maiorem gradum
perceptivitatatis intellective etc.—

Et sic de aliis salvantibus

Tua dicenda considera etiam ex argumentis.—

Quod potentia perceptiva licet possit maximum gradum sue
35 perceptivitas non tamen ultimum.

4 Utrum] in dec *add. sed del. P1* 7 habitualis] *sup. lin. P1* 8 actualis]
sup. lin. P1 create] *sup. lin. P1* 25–26 destructione — potest²] *scr. sed*
del. P1 26 posse] *sup. lin. P1* ; *scr. sed del. P1* dubium] *sup. lin. P1*
27 oppositum] *p. c. P1* 34 maximum] *p. c. P1*

|| Arguit dominus prior contra primum prime conclusionis sic: quelibet species habet latitudinem, igitur corollarium falsum. Consequentia patet, antecedens probatur, quia de qualibet specie reperiuntur individua quorum unum est altero perfectius aut eque, igitur assumptum verum. Tenet hoc ultima consequentia magis et minus et equale latitudinem constituunt.

Antecedens ultimo assumptum patet, nam si non tunc quolibet individuum presertim humanum esse eque perfectum. Contra primum tertie.

Seu unum ibidem dictum, scilicet quod fuissent alii aliis aptiores.

Confirmatur, nam sensitivum in homine et bruto vel vegetativum in bruto et planta sunt eiusdem rationis, sed in bruto sensitivum continet vegetativum, ergo una species continet et excedit aliam, quin ymo unum individuum excedit aliud, quia non est dare ultimum gradum perfectionis inclusivum.

Nec valet ulterius probatio mea est omnino indivisibilis, ergo una non est perfectior alia, patet de angelis diversorum ordinum aut etiam unius qui sunt omnino indivisibiles.

Ad ista dico ad primum transeant omnia nec negando, nec concedendo usque illuc cum infertur tunc quolibet individuum presenti in natura humana esset eque perfectum. Concedo, id est non magis quantitative essentialiter unum reliquo.

Cum dicitis quod hoc repugnat cuidam dicto meo quo assumpsi || quo dixi quod in statu inocentie etc. Dico quod hoc fuisset propter diversitatem complexionum corporalium et nativitatum vel donorum gratuitorum et non propter essentialem excessum.

Ad aliud de vegetativo et sensitivo etc. dicitur quod non sunt eiusdem speciei in homine bruto. Et sic sensitivum in bruto non continet vegetativum, sed est ipsemet, nec sequitur unam speciem continere aliam.

De angelis indivisibilibus se excedentibus dicitur quod non arguebam de animalibus solum ex indivisibilitate nisi subaudito quod sunt eiusdem speciei vel rationis vel potest vel dicere et dico quod angelus non excedit angelum quantitative perfectionaliter, essentialiter.

|| Quia concessi quod in specie humana quodlibet individuum est

1 arguit | de latitudine *add. in marg. P1* 5 magis | maius *add. sup. lin. P1* 11 confirmatur | sensitive vegetative *add. in marg. P1* 16 nec | de angelis req. *add. in marg. P1* 27 ad | ad aliud de angelis diversarum ordinum indivisibilibus etc. *add. sed del. P1* 35 quia | vide conclusionem secundi puncti item conclusionem contra secundam opinionem de capacitate *add. sed del. P1 ; in marg. sup. P1*

equè perfectum, id est non magis quantitative essentialiter etc. Arguitur probando quod in qualibet specie, etiam humana unum individuum est aliud nobilius, sic unum tale individuum quantitative et essentialiter perfectiorem et nobiliorem agit actionem, igitur quantitative essentialiter est perfectius. Antecedens supponitur.

Probatur consequentia, quia omnis humana naturalis actio fluit ab essentiali principio formali et intrinseco, igitur quanto talis actio naturalis humana intenditur necesse est huius causam intendi. Aliter: effectus nobilior et perfectior non argueret causam perfectiorem et nobiliorem.

Confirmatur cuiuscumque subiecti proprie passionem naturalem ipsum convenientes recipiunt intensionem et remissionem et subiectum ipsum secundum suam substantiam. Patet, quia effectus non intenditur nisi ad intensionem alicuius sue cause, subiectum autem est cause sue proprie passionis, igitur sic est de passionibus anime dare illas.

Ad ista: ad primum negatur talis consequentia de forma A agit nobiliorem operationem etc. Patet, nam idem individuum agit diversis temporibus actiones sic se excedentes, ymo simul duas etc.

Concedi tamen posset ista: unum individuum est maioris naturalis et proprie activitatis, igitur perfectioris entitatis nec tamen propter hoc quantitative. Item ista: unius individui summa actio naturalis et propria sibi possibilis est nobilior et perfectior, igitur illud individuum est perfectius non tamen quantitative. || Neutrius autem istarum consequentiarum, antecedens verum in humanis individuis.

Ad confirmationem de propriis passionibus dici posset quod nulle sunt res seu entitates que sint realiter proprie passionem anime intellective ipsam naturaliter convenientes alie ab ipsa et suis actibus et ideo cum reverentia non habeo dare illas.

|| Textorum ultimam huius positionis Scripturam

Replicat tertio sic capiendum unum individuum ad servitutem et miseria dispositum ut imaginatur PHILOSOPHUS in *Politicis* et aliud ad regimen multorum aptum per omnium versus summi ut ymaginatur PHILOSOPHUS et habeo concedere et cetera omnia extrinseca sint per illa, et loquor de actione naturali humana ut humana est et naturalis et tunc caret ratio, nec valent instantie.

4 actionem] actione propria *add. in marg. P1* 11 passionem] propria passione *add. in marg. P1* 14 alicuius] *sup. lin. P1* 15 anime] *vel add. sed del. P1* 16 de forma] *sup. lin. P1* 21 individui] *p. c. P1* 29 textorum — scripturam] *in marg. sup. P1* huius] *sup. lin. P1* 30 replicat] *ad add. sed del. P1 ; in marg. P1* unum] *sup. lin. P1*

P2 164r

P1 101^{bis}v

Confirmatur: omnis actio naturalis perfectior vel intensior alia est a perfectiori principio intensive vel extensive, sed sic est de actione unius individui in specie humana. Aliter sequitur quod cuiuslibet actus eque attingeret metam felicitatis.

5 Ad ista cum reverentia satis patet quid dicendum ex datis instantiis supra ad rationem qua ex excessu operationum vel actionum volebatis inferre excessum naturarum specificum, nam ut ibidem tangitur ex istis operationibus, actionibus naturalibus humanis de quibus sermo que sunt regere et subservare non infertur bona consequentia diversitas specifica principiorum. Nam et ab eodem supposito ex sua libertate provenire
10 possunt.

Item nec ex posse regere in aliquo et in alio non posse regere non infertur diversitas specifica et essentialis. Nam sufficit varietas complexionum corporalium vel donorum gratuitorum, habituum
15 acquisitorum ex quibus hic prudentior illo.

Uterius dico quod regere nec esse aptum ad regnum, nec mente providere, nec ceteri actus providentiales humanam sunt actus fini et finales humane nature, sed purum intelligere abditum a corpore et ||
20 beatificum et eo frui purum tali visioni conforme.

P2 164v

Et de istis actibus dico quod in nullum eorum est aliquod individuum humanum potentius reliquo, sed necesse eque potens propter identitatem specificam. Ex hiis etc.

Hec sufficient.

25 Ingratus namque persibus, quia natura dicitur puris vel inpotens anime vel de anima sensitiva aut operibus dependentibus ex ipsa.

Ad articulum de anima Christi et vide patet qui dicendum. Ad alium articulum quod nos melius vel peius intelligimus hoc provenit ex intellectu pasivo qui dicitur potentia sensitiva, error, quia hoc ponit
30 intellectum unum in omnibus aut equaliter in omnibus animabus.

Dico primo quod articulus necesse indiget *Glossa*. Nam certum est quod homines bene dispositi ratio sensibus interioribus et exterioribus melius iudicant mente intellectualiter quam illi qui non habent cerebrum abilitatum ad bonum, nam obtusorum vidimus, nam pene omnis nostra

5 ad ista] ad rationes *add. in marg. P1* 8 actionibus naturalibus humanis] *sup. lin. P1* 9 specifica] *sup. lin. P1* 14–15 habituum acquisitorum] *sup. lin. P1* 18–19 a corpore — independens] *sup. lin. P1* 19 facultatibus] *fantasmatibus P2* 27 ad articulum] ad articulos *add. in marg. P1* 33 iudicant] *per add. sed del. P1* intellectualiter] *sup. lin. P1* 34 nam obtusorum vidimus] *sup. lin. P1*

cognitio naturalis in via a sensibus etc.

- 5 Est igitur talis expositio a penis primo quod loquitur de intelligere
abdito independente a corpore qui ex naturali universali activitate
anime, vel dampnat sic esse universaliter, nam et ut plurimum ex varia
participatione increate lucis pervenit huiusmodi varietas, vel est error
ex illa clausula qui dicitur potentia sensitiva quatinus intrans, aut est
error, si ponatur ex unitate intellectus agentis creati, aut ex equalitate
animarum, quoad participationem increate lucis etc.

5 est | p. c. P1 7 agentis creati | sup. lin. P1